



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. XXVI. de non lud. kuxta formam supplicationum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

latione, quia turpius ejicitur, quam non admittitur hospes *cap. quemadmodum de
jurejur.* & multa prohibentur fieri, quae jam facta tenent, *leg. patres jurejur.* *de
his qui sunt sui vel alieni juris, Staphil. de lit. grat. de. de septima forma, expell.* Quod tamen
intellige de eo, qui post promotionem & adeptam possessionem fructus recipit,
alias non, *per nos. Staphil. de tit. ad. Eccles. Cathed. ety.* Nam tubiliter collatio
beneficii facta electo in Episcopum ante confirmationem, seu adeptam posses-
sionem *Garcias dicto cap. 4. numero 47.* ubi etiam paulo ante videtur sequi dictam
Navarrī opinionem: sed cum hac limitatione, dummodo facta sit mentio Pa-
pae quod erat Episcopus, ex qua expressione inducebatur dispensatio *per nos. al.
quidam consulebant in si. ff. de rejud.*

ARGUMENTA IN REGVL. XXV.

INNOCENTII VIII. Quae est PAULI V. XXVI.

1. Per solam signaturam & solo ejus ver-
bo gratia Papae est perfecta.
2. Multae falsitates committi possunt in
supplicationibus, quae non commit-
tuntur in bullis.
3. Supplicatio non est littera Apostoli-
ca quia non est bullata.
4. Haec Regula inventa est ut evitetur
falsitas.
5. Quae habet gratia Papae non dicitur
perfecta nisi redascatur in modum.
6. Ante expeditionem litterarum non
dicitur quis habere canonicum titu-
lum.
7. Haec Reg. habet locum etiam extra
Curiam & n. 33.
8. Differentia inter supplicationem &
commissionem.
9. Papa committens alicui per *placet* sig-
naturam supplicationum, censetur etiam
committere signaturam commis-
sionum.
10. Signatura per *placet*.
11. Cui jurisdictio concessa est, videntur
concessa ea sine quibus jurisdictio ex-
e. ceri nequit.
12. Rescriptum ad lites latissime debet
interpretari, quod limita ut ibi.
13. Ad solum Principem spectat decla-
rare legem seu dubium juris.
14. Quid si bulla discordat à supplica-
tione.
15. Commissio an sit signanda cum cha-
sula *prout de jure.*
16. Quando Papa semel manus apponit
inferior non potest se ingerere.
17. Papa si providit uni de una praeben-
da & committit in partibus per breve
suum inclusis supplicationibus quod
poneretur in possessione, an possit
provisio opponi hae reg.
18. Quando constat de voluntate Papae
non habet locum ista reg.
19. Si unus consentiat in Cancellaria
certa pensione, an teneatur illam sol-
vere literis expeditis.
20. Cautela ut pensio possit petitis sim-
plici signatura.
21. Bulla male formata libet a partibus
petitionem corrigi & reformari.

21. In causa beneficii iudex potest sup-
pleto ex officio si velit.
22. Hæc reg. non nihil discrepat à regulis
posteriorum Pontificum.
23. Quoad effectum gratiæ litterarum
expeditio non requiritur.
24. Quoad gratiæ probationem requiri-
tur litterarum expeditio.
25. Dispositio hujus reg. extenditur ad
regulas 29. 33. 37. & 69. infra.
26. Regula hæc an locum habeat in ar-
tibus?
27. Quid in gratia perinde valere?
28. An reg. hæc procedat in eo, qui sup-
plicatione signata agit possessorio ju-
dicio?
29. Bulla Julii III. contra retinentes, vel
apprehendentes beneficia litteris non
expeditis.
30. Possessor non audiendus dandæ de
jure tertii per productionem supplica-
tionis signatæ.
31. Limitationes ad hanc regulam, sive
quibus in casibus credatur soli signa-
turæ.
32. Regula hæc an habeat locum extra
Curiam.
33. Rescripta in beneficiis sunt stri-
ctè intelligenda.
34. De signatura Papæ, illiusq; Commis-
sarii.
35. An qui bullas produxit, sit arctus
ut proferat signaturam.
36. Pensio quando subsistat litteris non
expeditis, & an pensionarius cogi possit
ad illius solutionem.
37. Pensio non expeditis litteris non de-
bet aut potest solvi; debentq; litteræ
expediti infra novem menses à data
supplicationis, alias pensio nulla est, &
simoniam committunt contra pacis
centes.
38. Bulla male formata qualiter corri-
garur.
39. An iudex suppleat ea quæ ex actis
apparent, nec sunt à parte objecta.

REGVLA XXV. INNOCENTII VIII.

*Quæ est PAULI V. XXVI.*DE NON JUDICANDO JUXTA FORMAM SUPPLICA-
TIONUM, SED LITTERARVM EXPEDITARVM.

Item voluit, statuit, & ordinavit idem D. N. quod iudices in
Romana Curia * deputati pro tempore, etiam si sint S. R. E. Car-
dinales, causarum S. Palatii Apostolici Auditores, vel alii quicum-
que, non juxta formam supplicationum signatarum, super quibus-
cumque impetrationibus *, vel concessionibus (nisi * sint com-
missiones Iustitiam continentes, per Placet, vel per S. R. E. Vice-
cancellarium, juxta facultatem super hoc sibi concessam signatæ)

Kk 2

Sed

Sed juxta litterarum, super eisdem impetrationibus, & concessionibus, confectarum tenores, & formas judicare debeant. Et si littere minus bene per praecuriam, vel expedite reperiantur, ad illarum quorum interest instantiam, ad Apostolicam Cancellariam remitti poterunt, per ejus Officiales, quibus hujusmodi tenores, & formas restringere convenit ad formas debitas reducendo.

GLOSSEMA ALPHONS I.

A Ista Regula dicit quod nullus Judex in Curia, etiam Cardinalis debet judicare secundum tenorem supplicationis concernentis gratiam, sed secundum tenorem litterarum expeditarum, nisi sint commissiones, per placet, vel signata per Vicecancellarium, super Jura &c. Et si littera non bene sint expedita, debent mitteri ad Vicecancellarium. Et ista Regula habet in se aequitatem, licet videatur prima fronte contra jus: nam omni gratia Papae perfecta de jure per solam signaturam, & solo ejus verbo est gratia facta, etiam sine expeditione bullarum, sufficit text. cum glo. in c. institutionibus xxv. q. 11. Et text. cum glo. in Clem. dudum §. nos enim de sepul. omitto doct. in proemio vi. Bald. in l. humanum C. de leg. & Abb. in c. nostra de rescript. & in c. nostris de elect. tamen hoc non obstante, facit pro aequitate hujus regulae, quia multa falsitas committuntur in supplicationibus, quae non possunt committi in bullis; praemaxime, quia falsitates varias regulas ad expediendum litteras, ut videbimus infra, ergo &c. Non falsificant litteras Apostolicas puniuntur graviter de jure, c. ad fallaciorum de sim. fall. sed supplicatio non est littera Apostolica: quia non est bullata arg. c. licet de quam gra vi eod. tit. ergo ut evitetur falsitas aperta, & puniatur falsitas bullae, &c. videatur tenor bullarum expeditarum, ideo &c.

Et ex ista Regula potest sumi conclusio etiam de stylo, & de jure quod qualibet gratia Papae non dicatur perfecta, nisi reducat in modum: hoc dicit aperte Bald. in c. 1. & 11. per quos fiat Investitura col. x. & allegat in arg. l. contractus C. de fide inst. & hoc idem vult Oldr. in consil. c. cxxvi. in v. col. à quo habuit Bald. & incipit quod articuli dati & idem dicit Anton. Conf. x. 11. & cum eis concordat ista Regula: & scit etiam quod dicit Jo. de Milis in verbo gratia Apostolica non censetur, quia non allegat dictos Doctores, & dicit quod ante litteras confectas non dicitur quis habere canonum titulum, & allegat decis. Rotae c. c. cxxiiii. sed forte est c. c. cxxix. cum seq. quae incipit. Item licet Rom. Curia.

Post hoc tollo aliquas dubia curiosorum, qui volunt sapere plus, quam oportet, juxta c. 1. de renun. lib. vi. & dico quod licet ista Regula loquatur de Judicibus in

Curia non sequitur a contrario sensu, quod extra Curiam non habeat locum ista regula: quia a fortiori debet habere locum extra eam: & quae ponuntur causa exempli in Curia, non ferunt regulam in curia tantum gl. 1. §. quod vulgo ff. de vi. & vi. ar. c. 1. in princ. 7

Item pondero hic verbum Cardinales &c. & voluit dicere quod ista constitutio vel alia non extenditur ad Cardinales, nisi exprimerentur ut hic: sed dico quod malta exprimuntur ad cautelam propter simplices, ideo non firmiter regulam, l. fi. C. de indic. vidui tol. l. i. c. 1. de nova for. fidei col. 2.

Sed an Cardinales comprehendantur in quacumq; dispositione loquente simpliciter vel univociter, vel indiffinitè plene dico in tract. Cardinalium in 12 q.

Item colligo hic contra curiosos, quod supplicatio continet in se commissiones, ibi nisi sint commissiones &c. & sic supplicatio est genus, & commissio est species: proprio tamen sumitur verbo, supplicatio est qua continet gratiam meram: commissio qua continet iustitiam. Et hoc infero, si Papa committit signaturam supplicacionum: uni Episcopo per placet, quod extra videtur videtur ipsi committere signaturam commissionum per placet, arg. hujus regulae, maxime in presencia Principis, qui tolerat &c. quod facit ad tollendum dubium curiarum, an Dominus Avariensis, qui habuit signaturam per placet a Domino Sixto, censetur etiam habere commissionum; quia R. Dominus Novariensis Card. habuit signaturam commissionum cum referendariis: & dixi alia quod sic, & non oportet insistere in hoc: quia per hanc Bullam de hoc, ut audio.

Item ponderandum est hoc verbum per placet hic positum, & sic erat in Regula Sixti, ubi in regula Pauli, & quia forte simplices Curiales possunt dubitare, quid sit ista signaturam per placet, breviter dicam aliquid: & quia supra in proemio tetigi, an sufficeret in Curia prima commissio, & non requireretur alia commissio pro Auditoribus: sed quod ipsi pos-

sunt rigore prima commissio facere omnia, qua pertinerent ad negotium principis, & expedire iuxta c. proterea cum infinitis de offic. deleg. nam cum iurisdictione mandata est, ut quae concessa esse videntur, sine quibus iurisdictione explicari non potest l. n. ff. de iuril. om. pot. ergo videtur quod prima commissio sufficeret pro Auditoribus, ut possent omnia facere, 11

quibus &c. maxime quia rescriptum ad lites debet largissime interpretari, ut notanter dicitur in c. si Episcopi de rebus Ecclesiae & glol. est in l. iii. ff. de off. praesi. quod est verum, quod ad vim comprehensivam, secus de extensiva, ut dicit ibi Abb. & pro-

quod dicit gl. h. quam etiam ibi notat Abb. in c. edoceri de rescripti. qua dicit, quod prima debent strictè intelligi: sed con. ordando, dico eam veram, quoad mentem extensivam, sicut quoad comprehensivam: alias contraria esset dictio Inno. ubi supra. Item quia iudex potest interpretari legem obscuram, in causa coram eo pendente, ut vult Inno. notan-

ter in c. cum speciali de appel. cuius dictum approbant Dd. etiam legista maxime Bal. ubi dicitur Feu. in c. 1. §. inter pares alias est c. de per le de lege Corta. in 111. col. sequitur quod deberet sufficere prima commissio, & non essent tot necessariae commissiones, ut in tribulationes in Curia.

Kk 3

Sed

PRIVILEGIUM
VICECANCELLARII
ET
COMMENTUM
IN REGVM
VICECANCELLARIA
MOSTOL
8

Sed hoc sciendum est, quod antiquo tempore, prout habui à Domino meo Cancellario Zamoricensi, sic fiebat, & quando aliquo d. dubium vertebatur inter Auditores, non consulebat Vicecancellarium: & quis ipse poterat de iure certum declarare, ut dicam infra in potestate sui, forte ipse consulebat suos proceres, & dabat commissiones quibus declarabantur dubia. Item quia aliquando tam Auditores quam etiam Vicecancellarius excedebant iuras suas, fuit visum quod pro commissionibus simpliciter conceditur ad Vicecancellarium, & ipse signat de mandato Domini nostri Papae &c. sed quia occurrit aliquod dubium juris, tunc quia ad solum Principem spectat declarare illud, & interpretari, cuius est concedere, faciat cap. inter alia de senten. excom. recurre ad Papam pro declaratione, & tunc, si est maximum dubium quod desiderat equitatem, ipsemet Papa signat hoc modo placet: vel sic, placet referatis expensis vel placet constituto ut alteris: sed antiquo tempore signabat Papa sic: fiat iustitia: c. i. de off. de leg. & facit quod dicit Bal. in c. de off. de leg. Sed hodie Papa ex utroque in supplicationibus certis signat sic, fiat ut petitur, vel fiat simpliciter, & signat in commissionibus simpliciter concessum ut petitur. Item facit Vicecancellarius in signaturis beneficiarum, iuxta primam regulam infra in sui potestate posita, & idem facit Legatus in supplicationibus gratiarum, scilicet concessum ut petitur vel per placet &c. Ego consului Domino Urbano, ut periret per placet, ne esset differentia inter ipsum, & Arianensem, & Vicecancellarium, sic fecit. Et sic ista Commissiones, aliquando proponuntur in Consistorio publico, per vocatos Consistoriales, ut omnes videant Papam facere iustitiam cum equitate: & quando Papa est impeditus, committit istam signaturam alicui Cardinali, quod videat commissarius cum referendariis, & signet ad maiorem partem ipsorum, vel committit alicui Episcopo ad partem, & tunc iste dicit placet Domino nostro Papae constituto, &c. & ponitur exemplum in hac Regula. Postea quod bulla non concordet cum supplicatione, & proinde bulla, tunc, quia de iure non reperitur cautum, quod de essentia gratiae requiratur satisfactio, ideo adversarius velit, quod corrigatur secundum tenorem supplicationis, tunc habet unam commissionem: & quia Vicecancellarius non potest eam signare, tunc Cancellarius Papae ad signandum per placet, dicit placet Domino nostro Papae constituto quod non concordat bulla cum supplicatione, & tollitur ius quiritum &c. & propter hanc commissionem mittitur ad Cancellarium & corrigatur &c.

Ex praedictis infero, quod est male usuratum, quando signatur commissio per placet, quod signetur prout de iure: quia ad Papam recurritur ad declarandum ius: & quod respondet prout de iure, esset dicere sicut ignotum per ignotus, ut in similitudine gl. in l. i. c. de naturalibus lib. sed certe cessante fantasia, multo melius esset, quod una commissio sola fieret pro quacumque causa cum incidentibus &c. & quod Auditorum rerum negotium expedirent, per praedicta. Sed tunc bene non possunt vivere curiales, & notarii, &c.

... & etiam procuratores : idem transeamus cum erroribus aliorum : & nolo hic referre
... quod Comissiones & Auditorum in Curia sunt strictissime in presen-
... Auditores Ordinarii in cogoscendo & delegati in pro-
... non est dicendum
... tamen Auditores per sunt multa
... que non faciunt propter aliqua vacanda.

16
17
18
... tamen non omitto hic, quia quando Papa vel unus Conmissarius signat per placet
... non credo quod Vicecancellarius possit restringere istam signaturam, & si restringeret, potius
... Auditores stare signature per placet : quia ex quo Papa apposuit manu, in-
... non potest se intrinicare, si fiat e. ut nostrum de Appel. tamen Rota tenet con-
... & nescio quo jure : & forte dicam infra in aliqua regula. Item ponderandum est
... nisi tunc eorum missi- nes Justitiam concernentes, alias continentes
... per placet vel per sanctæ Rom. Eccles. &c. nam à fortiori debet intelligi de brevibus
... & quia casus nunc pendet, dicam hic aliquid, & infra in
... etiam tangam, si Papa providerit uni de una prebenda, & commisit per Brevis
... in possessione verificatis supplicationibus in
... quod non habet locum ista regula : dicendum patet, quod ex quo constat de voluntate Papa,
... maxime per prædicta verba à fortiori per Authen-
... magis C. de Episcop. & Cle. pro nunc non decido : quia pendet de facto.

19
20
21
22
... per hanc reg. præstatatur, quod licet unus consentiat in Cancellaria, in certa pensione
... tamen nihilominus non tenetur cedere nisi bulla expeditur, & sibi intimatus &c.
... tenorem & formas &c. quia supplicatio non fuit facta. Sed ego dedi cau-
... in facto meo, quod ille qui consentit, faciat ut sibi meritis ad partem, quod est
... bulla non expeditur, & renuntiat huic reg. quoniam potest re-
... C. de paci. & de Episc. & cler. l. si quis, &
... ad illorum quorum interest instanti-
... malè formatam ad Can-
... per hunc text. maxime, quia iudex in illis, que per-
... regulariter si plere, si fiat l. in. §. hoc autem
... in. C. ut qua delunt advoc. sed quia in Curia beneficii iudex
... de recept. & gl. in d. e. bonæ sequitur quod iudex
... in arbitris habere iudicem favo-
... in reg. in iudicis de reg. jur. lib. 6.

COM-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

COMMENTARIA IOAN. A. CHOKIER.

- A** *Ista Regula*) Nonnihil est immutata hæc reg. per Adrianum vi. cuius additio Ines, ut & Julii iii. alii exinde Pontifices secuti sunt. Nam mox inno. c. proemio loco Adrianus addidit: *Item cum ante consecrationem litterarum gratia Apostolica sit informis, voluit, statuit &c.* & postea post voces in Rom. Curia libere & extra eam: & post vocem impetrationibus induxit seu delevit, vel consecrationem, & post vocem nisi, addit in dicta Curia humiliter sine commissionibus & postea ad hoc decretum irritans. Cur autem hæc sunt addita in progressu annotationum dicimus, cerè videmus per dictas clausulas ampliari & extendi Innocentii Regulam, quæ tollit fraudes, quæ committi possent in supplicationibus, & propterea favorabilis est & extendenda, & juri conformis, ut non semel respicit Oldradus Conf. 324. 325. 326. & 328. extat que etiam ea de re Bulla Julii terti de data Anni 1505. 5. Kal. Augusti confirmans Constitutiones Bonifacii Alexandri, Pii & Innocentii, quibus statuitur ne quis administrationibus beneficiorum aut dignitatum, nisi perfectis & expeditis litteris Apostolicis se immisceat sub pœna privationis dictorum beneficiorum & dignitatum, & omnis juris eis ex provisionibus quomodolibet acquisiti, & excommunicationis quæ fallit in Civitate Leod. ubi viget Sixti v. constitutio de data Anni 1588. die 1. Novemb. per quam electi ad dignitates quæ habent annexam jurisdictionem possunt illas exercere ad sex menses quos habent ad obtinendam à S. Sede confirmationem) Expeditionem autem infra annum à data provisionis factæ continuè computandam fieri censuerunt.
- B** *Graviter de jure*) Hodie incurrunt excommunicationem Bullæ cœnæ Divi tantum falsificantes, sed etiam impediētes litterarum Apostolicarum emissionem, ut videre est in excommunicatione 4. & 9. bullæ cœnæ Domini, deo Constat. Innocentii viii. de data Anni 1491. 8. Kalendas Februarii.
- C** *Non dicitur perfecta*) Tamen quoad essentiam & effectum gratiæ, non requiritur bullarum expeditio de jure communi ut latè post Cassad. Divi. 8. num. 3. de Restit. spoliat. probat. Mascard. de Probat. Conclus. 846. num. 41. & 20. ubi dicitur communem, & Rebuff. in praxi in secunda parte signatura num. 15. Aulter Aulterii Commentarii ad Reg. de Publicand. resig. num. 207. & ad Reg. de infirm. num. 308. ubi doctrinam hanc extendit, & ad collationem ordinarii ut conferat jus sine litteris, in modo tamen sit registrata, ut fides scripto fieri possit, quam vis instrumentum collationis nondum fuerit expeditum, vel sigillatum. Verumtamen de stylo Curie & quoad exercitum gratiæ, siye illius probationem & canonica-

tionem, aliud dicendum est: quia executor non aliter gratiam exequetur, nisi
 Bullis expeditis: cum demum ab illis potestas ipsorum & probatio gratia pen-
 deat, cap. Pastoralis §. si. de Rescript. Coras. tract. de off. & benef. Ecol. part. 2. cap. 1
 num. 27. Zerol. in praxi Episcopali verb. supplicatio in pr. ibi sed ad hoc posse responderi
 Wams. Conf. 1. num. 5. lib. 1. Simonetta tract. de reserv. ben. quest. 55. num. 11. ubi
 et de jure Conf. 34. col. 8. in fi. ostendit supplicationes, ut probent habere in se
 27
 ratiorem conditionem, si transierint per Cancellariam Staphileum de lit. grat. tit.
 quibus mod. expirant lit. ad benef. num. 8. atque ita intelligendæ & restringendæ
 sunt decif. Bellam. 609. & 644. Callad. iusta decif. & DD. in Rub. de Constitutio.
 Sic quoque hæc Regula conformis erit cum jure communi secundum aliquos
 ut post Staphileum designat. lit. iusticia c. 1. n. 2. respondit Oldradus conf. 329.
 sicut male & conf. 325. Thema questionis. Cui quoque consonat quod respon-
 dit Mar. Socinius conf. 41. P. so indulto n. 4. vel. 3. quod quamvis essentia, & sub-
 stantia gratiæ in supplicatione, seu annotatione, ac signatura ad supplicationem
 conular, exercitium tamen non permittitur, nisi expeditis literis Wams. de
 Conf. Nam in lingua Principis (inquit Bald.) stat gratia, in scriptura testi-
 monium, in executione commoditas, Farinacius Decif. 585. num. 2. part. 1. in No-
 106. Itaque licet talis gratia sit informis, cum per litteras forma illi detur, ra-
 men illa forma formalis seu essentialis non est, sed probatoria, ut dicit Gemi-
 nian. Conf. 106. col. 2. vers. in contrarium, Clem. 1. de præb. Felii & alii ad rub. de Con-
 tra Wams. conf. 1. num. 4. & conf. 33. & conf. 269. vol. 1. Flam. Paris. de resignat. lib.
 8. q. 2. num. 11. Ideoque ad essentiam gratiæ non requiritur scriptura, sed tantum
 ad probationem ipsius gratiæ, illiusque executionem per supradicta. Hinc fit
 quod non levatis Bullis & stante sola supplicatione, Ordinarius possit conferre
 beneficium illud, quod per solam Papæ signaturam alteri collatum est, Gomef.
 de Expert. num. 16. in fi. & 17. ubi ait valere collationes Ordinariorum factas an-
 te expeditionem litterarum, nam per solam signaturam vel supplicationem
 non expirat reservatio beneficii à Papa facta, si antea sibi reservasset vel devol-
 visset Covar. 3. Var. cap. 16. num. 2. Zerola in praxi Episcop. verb. supplicatio seu sig-
 natura. Sed quid si litteræ fuerint expeditæ, & resignatarius ante captam pos-
 sessionem moriatur, an beneficium vacet per obitum? vacare notat Flam. Paris.
 de sig. benef. lib. 10. q. 6. num. 54. Si autem moriatur resignans antequam resig-
 natarius expedit litteras, consensu tamen per resignantem præstito, bene-
 ficium vacabit per reuentionem, & non per obitum: ideo resignatarius po-
 terit postea expedire litteras & capere possessionem Flam. d. q. num. 59. Redeo
 ad propositum, & noto dispositionem hujus Regulæ procedere etiam quoad
 effectum Regulæ de non expediend. commissionibus causarum,
 nisi litteris expeditis & Regul. 53. quæ disponit non valere dispensationes litte-
 ras non expeditis, & Regulæ 37. quæ litterarum expeditionem requirit cum re-
 ligiosis

ligiosi petunt aliquod beneficium ad nutum amovibile; & denique Reg. 69. quæ requirit expeditionem litterarum in sequestris & remissoris, licet hæc regula semper soleat derogari. Hoc tamen inter istas Regulas interest, quod Regula 53. & 37. ad Judicem non diriguntur: quia illa respicit possessionem, & factis fit, si ante sententiam expediantur litteræ dispensationis, hæc vero magis expeditores litterarum, quàm Judicem concernit. At verò hæc reg. 27. cum reg. 29. Judicem respiciunt, sic quod ei jurisdictione demum derur, si litteræ sint expeditæ. Sed an regula hæc de Judicibus loquens, habeat locum in arbitris? Mandosius hic q. 5. concludit Regulam habere locum in quibuscumq; arbitris tam juris, quàm compromissariis: & de illis cum eo conveniunt omnes; de his dissentiunt aliqui, & inter hos Gomef. *quæst.* 8. sed horum opinio salvari poterit, si isti compromissarii seu arbitratores sint à superiore, per nos. *quæst.* Mandos. d. *quæst.* 5. num. 11. & seqq. Quid in gratia perinde valere? vide Gomefium hic *quæst.* 7. & Mandos. *quæst.* 4. qui concludit Regulam etiam in hac gratia locum habere, præsertim propter Innocentii III. novam Constitutionem, quæ vult supplicationem solam nullam fidem facere, nisi habeant clausulam, quod earum sola signatura fidem faciet, etiam si gratia sit motu proprio facta, Gomef. hic q. 11. ubi verbo *concessionis* in Reg. posito, comprehendit etiam gratias motu proprio factas scribit.

Sed an regula procedat in eo, qui supplicatione signata agit possessorio iudicio? Partem negativam, nimirum solam supplicationem pro absolutoria sufficere, multifariam olim iudicavit Rota, teste Mandos. hic *quæst.* 3. at hodie non jure aliud dicendum esse idem Mandos. docet ex Constitutione Julii III. quæ publicata est, Anno 1553. Maji 27. & est in viridi observantia, emanavitque contra retinentes beneficia litteris non expeditis, nec non contra quoscumque apprehendentes possessiones beneficiorum absque litteris, & tales declarantur ibi perpetuò inhabiles *Flam. lib.* 10. q. 1. num. 20. quod tamen fallit, nisi possessio capiatur nomine Camerae vigore Brevis: nam hujusmodi Breve succedit loco litterarum & possessio ritè capitur *Bur. Decis.* 155. lib. 1. Solet enim in Curia sæpè in beneficiis litigiosis & in quibus speratur lis, dari Breve de capienda possessione, cum clausula citrà vitium spoli & attentatorum, & resignatarius potest obtinere Breve, etiam directum Auditori Camerae, ut constituto de resignatione in favorem ipsius, illum immittat in possessionem, amoto quolibet detentore intruso, & tunc Auditor Camerae solet decernere Monitorium, ut totidem verbis notat *Flam. Paris. de resig. ben. lib.* 10. q. 5. n. 20. & seqq. videatur quoq; Mascard. *tr. de probat. conclus. incip. an sola supplicatio aut signatura sufficiat ad tituli justificationem*, Gonzales ad reg. 8. gl. 15. n. 98.

Verum ut redeam ad propositum, notanda est Gregentii decisio 3. tituli de *exceptio*. ubi dicitur possessorem non audiendum dantem de jure tertii per pro-

Decisionem supplicationis signata, licet ipse D. Crescent. fuerit alterius opinio-
nis, et subiecit: eo quia sola supplicatio sufficit ad docendum de jure tertii, *Cass.*
lib. 8. n. 13. de resit. spoliar. facitq; operari quod possit opponi de illo jure tertii
per productionem supplicationis, contra dantem de Regula, nullum jus haben-
tem. Tamen ab opinione Rotæ stat Mandos. hic q. 15. & 13. quæ tenenda est,
profectim propter jam dictam Julii III. Constitutionem, de qua idem Mandos.
q. 7. & 4. quam S. Congregatio Card. interpretum Concilii Trident. in una Pa-
pæ. 1. Julii 1593. comprobavit.

Hæc tamen regula limitationem accipit, ut nimirum soli signaturæ credatur
primò, nisi possessio capiatur vigore Brevis nōmine Cameræ, ut prædixi. Secun-
dò, si illius sumptum ex registro litterarum bullatarū capiatur, quia tunc valebit
quoad probationem, *D. Wames. Conf. 346. num. 11. de Res. permitt. tom. 2. Flam.*
conf. 173. de resig. benef. lib. 10. quest. 1. num. 19. Rebuff. in addit. ad hanc reg. & in
præterita parte signaturæ nam. 5. Bellam. decis. 24. supposito, ubi quod reservatio
signaturæ de qua per Regestum, seu alias constaret, probaret Staphileus
signaturæ vers. ego tamen de jure, nec moveant decisiones Rotæ 620. in No.
registrum, & 680. in No. quod sumptum, Bellam. decis. 252. sumptum de registro, quia
hodie sunt exoleta, & aliud de stylo Rom. Cu. servatur teste Rebuff. in addit. ad
hanc Regul. Bellenc. de charit. subsid. q. 113. in fin. quo in loco ponit practicam ex-
tractandi dictum sumptum.

Sublimitanda tamen hæc limitatio, ut non procedat extrâ Curiam, ut vo-
luit Mandosus hic quest. 6. num. 4. Tertio limita, si signaturæ discrepet à bulla,
credetur enim signaturæ, *Rebuff. d. loco num. 10. Quarto, credetur signaturæ*
quoad circumstantias gratiæ, puta temporis vel qualitatis, & Mandos. hic quest. 9.
Quinto, quoad solutionem pensionis, de quo vide hic Alphonsum in fine, ibi
ut ego dicit cautelam tamen si Probis in addit. ad Jo. Monachi in cap. ribi num. 13. de
Rescript. teneat contrariura. Sexto, credetur signaturæ contra supplicantiem
curiam dedit, puta si dixerit beneficium vacasse in mense Ordinarii vel dixit
valorem fructuum non ascendere ad Duc. 24. vel dixit se l. V. Doctorem, vel
quod simile *Rebuff. d. loco num. 20. Bellam. conf. 24. supposito statuo col. 7. vers. puto*
curiarum, num. assertio facta in libello &c. Mand. hic quest. 8. num. 7. qui tamen po-
nitur distinctione. Septimo, stabitur signaturæ ad probandam impetratio-
nem, & præcedentem veram vacationem. Rota decis. 332. licet Romana 27. de
Rescript. in No. Wamezins conf. 222. num. 5. tom. 10. Octavo, credetur signaturæ,
in favorem ejus, qui obtinuit absolutoriam, *Mascar. de probat. conclus. 171. num. 5.*
& 147. num. 35. Bellam. decis. 612. actor admissus ad probandum. Nonò, credetur
signaturæ quando est aliis adminiculis fulcita, utpote per mensurarios expertos,
qui disposuerunt eam bonam, & secundum stylum Curie factam, *Rebuff. in ad-*
dit. ad hanc reg. ubi scribit in Francia esse receptum, ut si quis non possit obtinere
bullam

bullam obstante aliquo impedimento, possit impetrare bullas regias per quas impedimentum narret, & petat sibi concedi, ut liceat approbare per expeditam dictam signaturam, & verificare & concedi solent obstante & constante impedimento. Denique adverte Regulam hanc non procedere, quando littere sunt expeditae, & discordant à supplicatione, ut fuit decisum in aetina Commendatione 19. Januarii 1597. coram Illustriss. Card. Seraphino, teste Farinacio *decis.* 465. n. 3. p. 2. *Diversorum.*

D *Debet habere locum extra eam*) De hoc, potuit controversari tempore Regularum Innocentii, in quibus cautum erat tantum, quod Iudices in Rom. Curia judicare debeant, non juxta tenorem supplicationum, sed litterarum desuper factarum: at nunc cum per Reg. Julii III. Constitutio Innocentii sit producta etiam ad Iudices extra Curiam, exploratum est, illos non posse judicare juxta supplicationum tenorem Romae obtenturam, sed juxta litteras desuper expeditas: Unde patet Gomefium nihil nisi fluctus excitate in limbo (ut dicitur) dum quaestionem à nostro Alphonsio hic positam rursus libi discutendam proponit, cum tempore quo scripsit, scilicet clausulam hanc adjectam, & extra eam.

E *Rescriptum ad lites*) Adde Felii in *cap. causam qua num. 8. de Rescriptis* Aliud in re scriptis beneficialibus, quae striete sunt intelligenda Gemina, in *cap. illi 8. Cum autem numero 2. de prob.* quam tamen Regulam licet Felii in *dicto cap. causam num. 7.*

F *Ipsamet Papa signat*) Signatura quibus verbis à Papa, vel ejus Commissario fiat, de qua vi, & effectu illorum verborum, vide Rebuff. in *praxis secundae parte signaturae Gomefium hic quaestio. 16. & Domin. ad Regulam 23. canonicam.*

G *Papam facere Justitiam*) Aliam rationem hic assignat Gomef. q. 16. *res. dicitur est ratio.*

H *Bulla non concordat*) Sed an qui bullas producit, possit cogi, ut ostendat signaturam, si forte adversarius objiciat larius extensas, quam signaturae contentae? Cogi non posse respondit seu decrevit Senatus Sabaudiae teste Antonii Fabro lib. 10. *definit. forens. tit. 3. definit. 5.* faciunt enim per se fidem, & ad eum, qui vitium objicit, pertinet, ut signaturae quae in actis Curiae remanet, exemplum probatae fidei proferat, ex cujus collatione constare possit, utrum amplius facta sit Bullarum expeditio, quam fieri debuerit, ita Senatus in *caussa Philippi Chantierii & Claudii Peyfarij. Kal. Jan. 1589.*

I *Non habet locum Reg. ista*) Idem sentit Mand. *hic. q. 11.* qui quaestionem hanc egregie & prolixè in utramque partem discussit & tandem pro negativa cum Notario resolvit n. 8. quibus porro rationibus videat Lector.

Nulli Bullis expeditis) Et ita plerumque fit de stylo Rom. Curia in qua partes
 consentiunt supplicationi, inquit Gomei. hic *quasi*. 6. *sub* *fi*. & se obligant etiam
 litteris non expeditis, pensionem solvere, suntque tales in foro conscientia 38
 ut, ut idem adstruit *g*. 14. addè Rebuffum in *praxi* in 3. *part*. *fig*. *num*. 11. & *segg*.
 Nam. *Parisi*. *tract*. *de* *resig*. *ben*. *lib*. 8. *quasi*. 2. *num*. 24. Matcard. *de* *probatio*. *conclus*.
sup. *su* 843. *num*. 3. quamvis sine litteris cogi non possint ad solutionem pensio-
 nis per Judicem, per hanc Reg. nisi alias se obligassent de illam solvendo abiq;
 literis ut hic dicitur, *causid*. *decis*. 2. *de* *pensio*. n. 12. Rebuff. *de* *pacif*. *poss*. n. 145. & 156.
 nec illud jam esset, stante clausula in supplicatione pensionum, *vigore* *litterarum*
expeditarum, nec alias persolvenda, quae tempore Gregorii XIII. apponi ce-
 pi, ut per Nicol. Garciam: *de* *benef*. *part*. 4. c. 1. *num*. 39. & l. 2. *num*. 45: qua
 clausula stante, dicendum est ante litterarum expeditionem non posse exigi,
 nec etiam solvi, nec ad ejus Executionem procedi, etiam stante titularis con-
 sentia, & obligatione in forma Camerae de illam solvendo etiam litteris non
 expeditis, quia illa clausula appositae est favore officialium Cancelli, & non fa-
 vore partis, quod magis procedit per clausulam hodie apponi solitam a tempo-
 re Sixti V. quae est magis stricta, nempe, *vigore* *litterarum* *Apostolicarum* *de* *super*
expeditarum *nec* *alias* *presens* *reservatio* *nulla* *fit*, eo ipso persolvenda, cui clau-
 sula renuntiare non potest etiam per ambas partes, quia est ad favorem Offi-
 cialium Cancelli, ne defraudentur, ut fuit resolutum in Parco per Dominos Ab-
 bates viatores de majori. In d. pensionem esse nullam, si ante litterarum expedi-
 tionem exigatur, fuit resolutum in una veronen. pensionis 11. Julii 1592. coram D.
 Martino quam dec. ponit Salsus. Tiber. in *practica*. *Auditoris* *camera* l. 3. c. 4. *ad* *fi*. in *addit*.
 quae una Sabiniensis pensionis 13. Julii 1594. coram D. Mantica, & hodie a tempore
 Con. VIII. dicta clausula ponitur magis stricte: dicitur enim, *vigore* *litterarum*
expeditarum *infra* *novem* *menses* *proximos* *expediendarum*, nec alias, alias presens re-
 servatio nulla fit eo ipso persolvenda. Ideoque hodie non solum pensio debet solvi
 licet non expeditis, sed etiam illa debent expediti infra novem menses a data
 supplicationis, & alias pensio nulla est eo ipso, quia clausula annullat pensio-
 nem a principio, Nicol. Garcia d. *cap*. 2. *Videatur* *quoq*. *Navar*. *conf*. 37. *de* *Simonis*,
 dicitur promittentem solvere pensionem resignanti reservandam, litteris
 non expeditis, Simoniam committere, quod & firmat Flam. Paris. *tract*. *de*
resignata *quasi*. 43. *num*. 10. Ita que tu qui resignas reservata pensione literas cu-
 ras expediti, alioquin lapso dicto tempore privaberis pensione tua, quod conti-
 git Dno N. quondam Praeposito Leodiensi, qui praebendam, & Canonicatum
 in Ecclesia Trajecten. resignaverat N. dictae Ecclesiae, postea Cantori reservata sibi
 pensione, qua frustratus fuit idem Praepositus, quod litteras infra dictum tem-
 pus expediti non curavisset.

Male formatam) Advertant tyrones praxeos, si bulla fuerint male
 L 3 forma-

formata, utpote contra consuetas formas Cancellariæ, vel quando non sunt conceptæ juxta signaturam, eas remitti, etiam de partibus solere ad Cancellariam, ut corrigantur, & reducantur ad formas debitas, quod non ante fiet, nisi producto signaturæ sumpto, ut ex eo videatur, an saltem in substantialibus discrepent, sicq; Judex seu Officialis videant, an bulla reformari debeat, nec in hoc opus erit partis citatione, ex opinione Rebuffi in *praxi tit. de Reform. & Cancell. lib. 8. Flam. Paris. tract. de refig. benef. lib. 8. q. 7. n. 190. & seqq.* & tunc Officialis ponit in plica bullæ *Correctum fuit in Registro per me N.* & si error processit ad abbreviatore, corrigitur gratis, ut docet experientia. Cæterum quod in reg. dicitur per præoccupationem, intellige, quando per præoccupatam gratiam vel favorem litteræ non bene expeditæ fuerint.

M. *Non potest regulariter*) An Judex suppleat ea quæ sunt ex actis apparentia, nisi obijciantur a parte, vide Boer. *decis. 344. gl. in l. sicut verbi facultatem ibi dicitur. & l. uret C. prescriptio 2. p. q. 5. Guido Papa Decis. 221. Zazium in l. jus dicenti n. 10. Juris. d. om. illud.*

ARGUMENTA IN REG. XXVI. INNOCENT. VIII.
PAULI V. REG. XXVII.

- | | |
|--|---|
| 1. Regula Cancell. mutantur pro varietate temporum. | 9. Extravagantes an sint producendæ quid in sententia contra eos lata. |
| 2. Judicare non debet Judex, nisi secundum bullam expeditam. | 10. Papa mortuo an sint producendæ reg. Cancell. |
| 3. Quæ reg. sint dandæ & quæ non: & quomodo sint petendæ. | 11. Parcus unde dicatur. |
| 4. Regula Cancellariæ semel producta in una causâ fidem facit in aliis. | 12. Tenor Constitutionis sive regule rest probari per testes. |
| 5. Quando verbum aliquod, quod non inducit necessitatem ponitur in materia dante reg. vel certam formam, tunc importat necessitatem. | 13. Regula Cancell. plerumq; per fœtifices immutantur. |
| 6. Quomodo regula Cancell. fidem faciant in partibus. | 14. Regula de dandis sub plumbo dicitur extrâ Curiam. |
| 7. Sententia lata in partibus vigore regule Cancellariæ contra dispol. hujus reg. est nulla. | 15. Regula in una causâ producta potest in alia repeti. |
| 8. Regulas Cancell. quæ notæ sunt, producere necesse nō est, dum probentur per testes. | 16. Consuetudo in uno judio probata in altero inter concives potest produci. |
| | 17. Regula concernentes expeditiones litterarum non faciunt fidem extrâ Curiam. |